

*Quapropter et urbanitatis mori et officio deessem misere, nisi Missionis meae ipso in limite omnia fausta una cum coelestium bonorum abundantia Vobis, Venerabiles Praesules, atque Clero vestro, necnon Catholico populo Canadensi et Terranovensi, ex animo ominarer. Gens quippe vestra, quae ubique terrarum humanitate sua ac prosperitate celebratur, maiorem quoque in re religiosa gloriam acquisivit. Catholica Hierarchia, quae tercentos nondum annos enumerat, novum decus et ornamentum quotidie adipiscitur tam ob numerum quam ob eximias virorum quibus constat dotes.*

*A me itaque, non sine vestri desiderio, hinc mox discessuro, excipite adhuc, Reverendissimi Antistites, una cum fervidis votis quae pro vestra incolumitate vestrarumque ecclesiarum prosperitate fundo, plurimas quas ago gratias pro humanissimo benignitatis officio quo me semper prosecuti estis; iidemque velitis persuasum habere quovis me tempore aut loco Canadae et Terrae Novae nobilissimi episcoporum coetus, et singulorum, quibus constat, perillustrium virorum, gratissimam memoriam esse retenturum.*

*Placuit insuper Sanctitati Suae Reverendissimum Dominum Ernestum Eugenium Filippi, Nuntiaturae primae classis Secretarium, Delegationis huius negotiorum omnium Curam Gerentem (chargé d'affaires) renuntiare, cunctas ad hoc munus recte et efficaciter obeundum facultates ei delegando.*

*Precibus vestris toto corde me commendans ea qua par est veneratione me profiteor*

*Dominationum Vestrarum*

*Addictissimum in Christo Servum*

† Fr. P.-F. STAGNI, O. S. M.,

ARCHIEP. ANCYRANUS,

Delegatus Apostolicus.

*Ottawae, ex Aedibus Delegationis Apostolicae,*

*die secunda Aprilis anni 1918.*

N. 14 540.

(T)

P

par la

ARC

et délégi

Aux personnag

que de Qué

ques de la

profond dai

J'avais été a

Pie X de douce

Saint-Siège en

Benoît XV, qu

aujourd'hui l'

décharger.

Au moment

vement aux lois

souhaitais pas

voire clergé ain

de Terre-neuve,

relles, l'abonda

dont l'univers

progrès matéri

encore dans le

laquelle n'y rei

jour d'une glo

que par l'émin

Aussi ce n'es

ter. A cette o